



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis  
Prædicatorum**

**Nicolaus <Eymericus>**

**Venetiis, 1607**

Quaestio 2. De propositione seu articulo h[a]eretico.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

reipublicæ statu & forma, in qua hæreses aut ori  
vi permittuntur, aut ortæ fouentur, nec protinus ex  
irruptu, in peius commutatur, & tandem in totu  
etiam quandoque subvertitur, & aboletur. Hæc om  
nia ita esse veterum testantur historie, præsen  
tia quoque demonstrant tempora, in quib. videmus  
florentissima regna & prouincias ob hæreses in ma  
ximas calamitates, & miserrima pericula incidiſſe.

A dicta tria, scilicet, fidei articuli; determinationes  
generales per Ecclesiam factæ ut de fide, & sa  
cra scriptura, hoc est in Biblia contenta, sunt fi  
de inconculca tenenda: & consequenter eorum  
opposita sunt de le hæreticalia.

## COMMENT. XXVII.

## Q V A E S T I O II.

De propositione, seu arti  
culo hæretico.

## S Y M M A R I V M.

- 1 Ex triplici capite propositio aliqua iudicatur hæ  
retica.
- 2 Vel quia est contra articulos fidei.
- 3 Vel contra determinationem Ecclesiæ.
- 4 Aut contra sacram scripturam.
- 5 Que manifeste hæretica sint reputanda.

**S**ecunda quæſtio est: Hæresis quid est: siue propositio, vel articulus quodam hæ  
reticalis dicendus, & habendus est?

1 Ad hanc respondemus secundum  
mentem sancti Thomæ prima parte, q. 32. art.  
4. & 2.2.q.11.art.2. quodam propositio aliqua, seu  
articulus hæresis est, & hæreticalis habendus est,  
ex vna trium causatum & rationum.

2 Vel quia est contra aliquem fidei articulum,  
vnde quodam Deus in personis nō est trinus: seu  
quodam Dei filius non fuit incarnatus, & similia,  
que sunt contra fidei articulos directe: quæ sunt  
prima credibilitas, & nostra fidei catholice prima  
principia ac nostræ credentia rudimenta:

3 Vel quia est cōtra Ecclesiæ generalis determi  
natione, ut tamen de fide factam: utpote quodam  
spiritus sanctus procedit a Patre & filio tanquam  
a duobus principijs: quod est contra determina  
tionem factam vt de fide, extra de sum. tri. &  
fide catho.c. vinco.lib. 6. Seu quodam usura non est  
peccatum: quod est contra determinationem fa  
ctam vt de fide, extra de visu.in element. Ex gra  
ni. Quæ determinationes Ecclesiæ vt de fide fa  
cta sunt credenda firmiter, ac tenenda.

4 Vel quia est contra scripturam sacrā per Ec  
clesiam approbatam: hoc est cōtra Bibliā: utpo  
te quodam Deus cœlum & terram non creavit:  
quod est contra id, quod habetur Gen. 1. Vel  
quodam Christus discipulos ad docendum gentes  
non misit: quod est contra illud quod habetur  
Marcii ultimo. Qui quidem libri sunt ab Ecclesiæ  
approbati, & per consequens cōtentia in eis sunt  
credenda fore uera.

5 Quæcumque ergo apparent esse clare, vel cō  
tra aliquem fidei articulum in symbolo fidei cō  
tentum: vel contra Ecclesiæ determinationem  
ut de fide factam: vel contra sacram scripturam  
(hoc est Biblia textum) per Ecclesiam approba  
tam; illa sunt hæreticalia manifeste. Nam pre  
-

B dicta tria, scilicet, fidei articuli; determinationes  
generales per Ecclesiam factæ ut de fide, & sa  
cra scriptura, hoc est in Biblia contenta, sunt fi  
de inconculca tenenda: & consequenter eorum  
opposita sunt de le hæreticalia.

b **H**æresis quid est; siue propositio uel atti  
culus quando hæreticalis dicendus & ha  
bendus est. Hæc disputatio valde utilis est, & ne  
cessaria nō modo indicibus, & ceteris officiis sanctæ  
inquisitionis ministris, verum etiam culibet catholi  
co ut retineat vera & certa catholicæ religionis  
fundamenta et dogmata absque vila erroris cōmix  
tione. Prudentissime autē Eymricus per regulas ge  
nerales inuestigat, quot modis, aliqua propositio hæ  
retica dici possit, ne sit opus singula hæretica dog  
mata commemorare, que pertinaciter asserta hære  
ticum constituant, quod fecerunt nonnulli doctores,  
vt alibi diximus. id enim præterquam quod valde  
laboriosum est, at uix etiam possunt singula indiu  
dia comprehēndi: gradenda ergo methodus fuit, per  
quam omnis hæretica propositio ad certa quedam  
capita reducatur.

b **Q**uod propositio aliqua, seu articulus hæ  
retica est, & hæreticalis habendus est, ex una trium  
causarum & rationum. Idem repetit Eymricus  
eadem p. 2. q. 35. non tamē præter rationem, & ca  
sam. Est autem auctoris institutum hoc loco docere  
quot modis contingat, siue ex quibus capitib. cognoscatur,  
aliquam propositionem esse hæreticam: nulla  
vero est disputatio magis difficultis in causis fidei  
pertractandis, nulla magis fidei iudicibus utilis, et  
necessaria, cum sanctæ inquisitionis negotium ma  
gna ex parte in cognoscendis hæreticis propositioni  
bus diuidendisque seu separandis a catholicis consi  
stat & quamvis bruitatis siudeam, ne muneri meo  
& publicæ utilitati defecisse videar, rem hanc, quā  
ta fieri poterit tum breuitate tum perspicuitate di  
spubabo. Eymricus hoc sentit: Propositio hæretica Quid modis  
est, quando repugnat articulis fidei: aut Ecclesiæ propositio di  
finitionibus, aut litteris sacris: non tamen negat, ea utilis di  
spubatio. quin & alijs quibusdam modis propositiones here  
ticæ esse possint, q. nominatim a nobis sunt hic adiun  
gendi, nequid imperfectum in opere tam illūstri re  
lictum esse videatur.

E **J**oannes Turrecremata in sum. de Ecclesiæ lib. 4.  
par. 2. ca. 10. septem in primis modos numerat, qui  
bus propositio dicatur, aut siat hæretica, quos collig  
git ex septem modis catholicarum veritatum eodē  
loco cap. 9. a se prius positarum: eosdem retulit, nec  
verbis quidem mutatis, Umbertus Locatus in ope  
re judiciali Inquisit. verbo, credibilia. nu. 8. & se  
quen. Arnaldus Albertinus tracta. de agnosc. affer  
tio. q. 5. sunt autem sequentes.

Primus earum, que in libris sacris habentur ex  
prestè

Catholicarū  
veritati grā  
dus.

Secundus earum, que ex sacris litteris necessaria  
consequentia deducuntur.

Tertius earum, que verbotenus Christus & Apo  
stolis, & Apostoli Ecclesiæ tradiderunt.

Quar-

*Quartus earum, quæ in concilis vniuersalibus  
definiū sunt.*

*Quintus earum, quæ a fide apostolica sunt fide-  
libus ad credendum proposita.*

*Sextus earum, quæ de fide & refutatione heretici  
sancti Patres vna mente, vnoque consensu do-  
cuerant.*

*Septimus denique illarum, quæ ex tertio, quarto,  
quinto, & sexto generibus consecutione firma et ne-  
cessaria derivantur. Quibus catholicis veritatis  
demonstratis facile est hereticas propositiones do-  
cere; illæ enim heretici censentur, quæ his catho-  
licis dogmatibus repugnant.*

Catholice ue-  
ritates & ha-  
eres contra-  
dictio regu-

*Hæc quidem vera sunt, & summo iudicio consti-  
tuata; ceterum in hac re placuit nobis sententia Mel-  
chioris Can. lib. 12. cap. 7. de locis Theologis, qui  
ordinatus & apertus uidetur hæc tradidisse, a quo  
(breuitati studentes) ea mutuabimur, quæ hinc in-  
stituto sunt necessaria, octo regulis comprehendentes  
omne genus catholicarum veritatum, ut inde he-  
retica dogmata intelligantur.*

*1. Regula Sit ergo prima regula: Catholicae veritates illæ  
habenda sunt quæ in scriptura sacra veteris, aut no-  
Catholica ve-  
ut testamenti continetur; ipse enim apertus scriptu-  
ritas est, qua re Iesus certum praesertim catholicæ veritatis indi-  
catur; Deum initio creasse calum & terram, in ho-  
minem inspirasse animam viventem, Filium Dei*

*incarnatum fuisse, & cetera huiusmodi infinita, ca-  
tholicae sunt veritates, & qui sciens hæc in diuinis  
scripturis contineri quorum non facile praesumitur  
ignorancia) ea negaret, manifeste depræhenderetur  
hereticus. atque hæc quidem apertissima sunt, cum  
scriptura locus apertus est & clarus: sed cum sen-  
sus est obscurus, res difficulter est. hoc tamen ita est  
definiendum: cum scriptura Iesus obscurus fuerit,  
tunc Ecclesia intelligentia eadē est & germana &  
vera scriptura & intelligentia; eaque certum erit  
catholicæ veritatis indicium: Ecclesia enim iudicium  
certum habet discernendi verba Dei a verbis homi-  
num, docendique germanum sacrae scripturae sensum;  
Christus enim in Luce. c. 24. a postolis aperius sen-  
sum ut intelligenter scripturas, non id propter illos  
tantum, sed multo etiam magis propter Ecclesiam  
suam fecit. Nam Ecclesiæ firmamentum est verita-  
tis, veritas autem verè & propriè in scripture in-  
telligentia est: habebit ergo firmam & certam ve-  
ritatem cognitionem, quæ in facies literis conuen-  
tur. Ergo Adam fuisse formatum de limo terre, &  
Euan illius vxorem de costa Adæ, & Euan a ser-  
pente fuisse deceptram, verè & propriè secundū bi-  
storiam accipienda sunt: quia Ecclesia catholica ita  
semper intellexit: unde Origeniam, qui hæc omnia  
allegoricis & figuratis interpretationibus perue-  
runt, merito in sexta synodo, actione undecima dam-  
nati sunt. Huc plurima pertinentia omitto, quæ ele-  
ganter tradantur a Melchioro Cano lib. 7. de locis  
theolo. c. 3. conclu. 5. Atque ad hanc primam regu-  
lam pertinet, quod Eymericus ait in hac q. n. 4. ibi:  
Vel quia est contra scripturam. &c.*

*2. Regula*

*Sit secunda regula: Quid Doctores & Pa-  
stores Ecclesiæ in Concilio legitime congregati fidele-  
populum docent, quo ad Christi fidem attinet, id pla-  
ne verissimum, & pro catholica veritate accipien-*

A dicitur. Hanc regulam probat latissime Melchior Canus  
lib. 4. c. 4. de locis Theolo. conclu. 4. & lib. 5. c. 4. & C.  
cl. 3. Concilium enim generale, ad quod coniuncti  
Doctores & Pastores Ecclesiæ, auctoritate Roma-  
m Pontificis confirmatum, certa fidem facit catho-  
licorum dogmatum exempla multa occurrent possumus  
nos pauca quadam asserimus. Concilium Lateranense  
Petrem & Filium in diuinis verè & propriè  
quadam suam memorem, vnamq. eandemque esse intellexit,  
ex illo Joannis c. 14. Ego & patet unum sumus  
itaq; in hoc Abbas Joachim damnatus est quia in  
locum aliæ interpretatabatur, & referuntur in c. domi-  
namus. de s. m. Tri. & fide catbo. Et concilium Vii  
nense definiuit, ac docuit, Christo iam mortuo fuisse  
lancera latus eius apertum, & referuntur in cap. fidei  
clement. de s. m. trini. & ob id qui contrarium esse  
ruerunt, velut heretici damnati sunt; ut de quodam  
Petro Joanne manifestum est ex Eymeric. p. 2. q. 9.  
nu. 2. Hæc ergo, & alia huic generis prope inveni-  
ta, que in scripturis obscuris continentur, Ec-  
clesia per Doctores suos & Pastores explicat, &  
auctoritate Pastorum unita fidelibus ad credendum  
ponuntur, firmata sunt, & stabilia sunt, & perinde  
rata esse debent, ac si patenter in scripturis facili-  
tiverentur. Et ad hanc secundum regulam specia-  
lē quod tradidit Eymericus in præsenti q. num. 3. ut  
vel quia est contra Ecclesiæ generalis. &c.

B Sit tercia regula: si sedes Apostolica summis  
Romanus Pontifex maturo consilio, quipiam de-  
niat tanquam ad fidem spectans, id catholicæ veri-  
tas censendum est; Romanus enim Pontifex clavis  
habet Petri, & verus eius est successor; pro quo ora-  
vit Christus ne fides desiceret, ut fratres suos, bu-  
tis fideles, quandocumque in fide vacillantes &  
nantes confirmaret. Erit ergo eius iudicium certissi-  
mu, stabile, & infallibile; quod egregie docet, quod  
summi Romani Pontificis auctoritate aduersus u-  
stri temporis hereticorum monstra tractatus sor-  
serunt, & inter alios Ioh. Tuarecremata in summa  
Eccl. lib. 2. cap. 109. & sequenti. Res fiet uno ex  
epli illustris: Animas iustorum similitaque corporib.  
migrauerint, diuinam essentiam clare videns, si  
nihil tamen habeant quod penitus purgatorii expu-  
dim sit, diffinuit Benedictus xii. in extraelegati  
cipien. Benedictus Deus. quam assert Eymericus sa-  
pra in hac 2. parte. Contrarium igitur afferre impo-  
nit erit & hereticum, ut opinem docet idem Eym-  
ericus in 3. p. q. 8. In ceteris idem est iudicium. Quib.  
autem rationibus Apostolicae sedis summine Pon-  
tificis firma iudicia internoscantur, quæ veluti dogma  
fidei habenda sint, copiose docet Melchior Canus  
lib. de locis Theologis. & dicam aliquid infra, sum  
per q. 17. huius 2. partis, quæ nunc non sunt inutili-  
ter forte referenda.

C Sit quarta regula: Consentiens eadem Sanctorum Co-  
ommunum sententia, aut scripturarum interpretabili-  
tate intelligentia in docendo aliiquid ad rectam fidem con-  
spectare, pro catholicæ veritate accipienda obserua-  
daq; est & contraria sententia heretica est putanda.  
Sane hæc sententia apud catholicos facile poterit per-  
suaderi, apud hereticos autem, qui nihil recipiunt,  
quod ipsos vel ex longinquo oppugnet, non ita hoc  
admittuntur; sed parum hoc referi: nam dum hoc nos  
admittunt,

admittunt, & heretici indicantur, & cōburuntur; nec nos cū ipsi modo agimus, sed veras regulas tradimus quib. fidei iudices heretica dogmata cognoscant. ergo ad rem aggredientes, etiam refutissimi Patres scripturarum intelligentias, non ex cuiuslibet sensu, sed ex sanctiorū Patrū sententijs accipendas voluerunt: ē multis unum, aut alterum in testē adducā, nā omnia persecui immēsi esset operis. Dionysius lib. 1. c. 1. de calesti Hierarchia, ita scribit: Ad sanctissimarum scripturarum intelligentias, prout illa a Patribus accepimus, contuendas pro viribus pergamus & Dionysio antiquior Clemens Papa 1. epistola. 5. ad discipulos, & refertur in causa relatiū 37. dist. de hac re proculdubio edisserunt ait: Relatum est etiam nobis, quod quidā in vestris partib. commorantes, aduersantur sanis doctrinis & prout eis videtur non secundum traditiones Patrum, sed iuxta sensum suum docere videntur: Multas enim quidam ( vt audiūmus ) velstratum patrum, secundum ingenium hominū, ex his quā legunt, verisimilitudines capiunt: Et ideo diligenter obliterandum est, ut lex Dei cum legitur, non secundum propriam ingenij intelligentiam legatur vel doceatur. hancenī Clemēs de hac re. His consentit Epiphanius heresi. 61. Clemēs Alexadrinus lib. 7. Stromat. Ambrosius lib. 3. c. 7. de fide ad Gratianum. & B. Hieronymus in epistola ad Euagrius idem in Daniēl c. 12. & in epistola illa celebri ad Paulinom. & Augustinus in lib. de utilitate credendi ad Honoratū, c. 7. & alibi sāpē. & copiose Gregorius lib. 2. moralium. cap. 6. exponens de sanctis Doctoribus illud: Super quo bases illius solidate sunt.

Quod si rationem queras, cur communibus Sanctorum expositionibus et sententijs standū sit, eam pulchre docet Beatus Hieronymus super epistolam ad Galatas, c. 1. dicens: Ecclesiam Dei, que a postoris Apostolorū fidē audiuit, non accepisse hominiū Euangeliū, sed Dei. Doctores enim Ecclesie non tam ipsi docent quām in ipsis Deus, qui ad sanctos loquitur. Verba sunt Sancti Hieronymi super illis verbis. Notum enim uobis facio Euangeliū, &c. ita habent: Quāritur utrum totius orbis Ecclesia Dei acceperint Euangeliū, an hominis: Quotus enim quisque nostrum per reuelationē Christi didicit: & non homine prædicante cognouit: Ad quod respōdebimus: Eos qui posint dicere: An experimentum quāritis, qui in meli quitur Christus? & : Viuo autem iam non ego, viuit autem in me Christus, non tam ipso doce re, quām in ipsis Deum, qui ad sanctos loquatur, &c. hec Hieronymus.

Ergo vt iam tādem concludamus, Origeniani ob id sunt in sexta generali synodo damnati, q̄ nouas scripturarum expositiones contra maiorum traditiones inuixerint. Ait enim Sophronius de Origenianis loquens: Multa alia extra Apostolicam atque paternam traditionem assuerunt, paradisi plantationem proiicientes, in carne Adam formatum fuisse nolentes, ex eo Euam formatam fuisse vituperantes, serpentis sonitu refutantes, &c. ille. Fuit autem hec Sophronij epistola confirmata actione 13. eiusdem sextae generalis synodi.

A Iam sexta synodus Constantiopolitana in Trullo habitacano. 19. ita haberet: Quod oportet eos, q̄ preſunt Ecclesiis, in omnibus quidem diebus, sed præcipue dominicis, omnem clerum & populu docere pietatis & recte religionis eloquia, ex diuina scriptura colligentes intelligentias, & iudicia veritatis, & non transgredientes iam positos terminos, vel diuinorum Patrum traditionem: Sed etiā ad scripturam pertinens cōtrouersia aliqua excitata fuerit, ne eam aliter interpretentur, quām quomodo Ecclesiæ luminaria, & doctores suis scriptis exposuerunt, & maiorem ex his laudem afflquantur, quām si quā a se dicuntur, cōponant: nedum quandoque ad id hæsitant, ab eo quod conuenit, existant. Per prædictorum n. Patrum doctrinam, populi ad eorum, que sunt bona & expetenda, & in utilia ac rei scienda, cognitionem venientes, vitam in melius cōponūt, nec ignorantia uitio conuincuntur, sed doctrinę mente adhibentes, se ipso, ad id ne mali quid eis accidat, excitant, & imminentium suppliciorum metu sibi salutem procurant. hancenī ibi.

Eadem hec synodus actione 17. secundum sancto rum Patrum doctrinā, duas naturales operationes in Christo, & duas naturales voluntates non cōtrarias, declarauit, definit, & prædicauit.

Ad hanc Clemens p. in concilio Vienensi, & habetur in clem. 1. de sum. Trini. & fide catho. definiuitur illa verba Ioā. 19. Ad Iesum autem cū venissent, vt viderunt eum iam mortuum, vere de Christo mortuo esse accipienda ait: Nos ad sancto rum Patrum et doctorum communem sententiam Apostolica considerationis aciem conuertentes, sacro approbante cōcilio, declaramus, &c. Huc spectat que sanciuit Leo decimus in Cōcilio Lateranensi, sessio. 11. in decreto incipiente. Supernæ maiestatis. & Cōciliū Tridentinū, sessio. 4. dñi iubet in hac verba: Decernit, ut nemo iūe prudētiae innixus in rebus fide & morum, ad adiunctionem doctrinæ Christianæ pertinentium, sacrā scripturam ad suos sensus contorquens, contra eum sensum, quem tenuit, & tenet sancta mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu scripturarum sanctorum, aut etiam contra vnamen confensem Patrum, ipsam scripturam sacram interpretari audeat. hanc ibi.

D Ex his ergo consequitur communem Patrum sententiam velut catholicam veritatem esse amplectēdam; contrariam vero velut hereticam damnandam. exempla manifesta sunt ex his, que diximus ex Sophronio contra Origenianos, item ex Cōcilio vienensi.

E Qui sint autem hi Doctores, quorum doctrinam vocamus approbatam, docuit Gelasius Papa, & habetur in c. sancta Romana 15. dist. alij præterea numerantur in c. glorioſus, dereliq. & venerat sanct. lib. 6. ubi refertur Gregorius, Augustinus, Ambrosius, & Hieronymus. alios habes apud beatum Thomam lib. 4. contra gentiles, capi. 24. de quorum etiam Doctorum autoritate videto Innocentium in c. ne innitaris. de constitutio.

Sit quieta regula: Si ex Apostolorum traditione communis Ecclesiæ vsus aliquam scripturæ interpretationem

Qui sint Doctores Ecclesie.

Regula.

Traditio Apostolica, ea tholica sita tamen facit

tationem accepit, aut aliud quid circa sacramentorum ritus, aut res alias ecclesiasticas ad cultum diuinum spectantes defensaverit; id pro catholica veritate sumendum est, atque ita custodiendum ac si in ipsius scriptis litteris esset expressum: quoniam Apostolica traditiones inconcussam inviolabilemque habent auctoritatem, ut dixi supra p. i super c. cum Marth.

6. Regula.

De antiquitate & origine traditionum. Apostolicarum grauitate differit more suo Melchior Canus lib. 3. c. 3. de locis theologicis, ea nos qui catholicis scribimus, libenter omittimus, summatis tradentes quae ad praesens institutum attinent. Scendum ergo est non omnia, que ad doctrinam Christianam pertinent, neque ab initio nascentis Ecclesie, neque nunc esse literarum sacrarum mandata monumentis; nam perpetuam Beatae Mariae virginitatem, & parvolorum baptismum. & sexcenta alia huiusmodi, quae longius esset commemorare non habemus expressa in scriptis litteris: ceterum ita certa fide recipiuntur a catholicis, ut contrarium dogmatum auctores catholica Ecclesia hereticos iudicauerit.

7. Regula.

Sit sexta regula: Quodcumque fidei dogma, quod vel Ecclesia haberet, vel concilium auctoritate Papae roboratum ediderit, vel etiam summus Pontifex Romanus fideliibus prescriperit, perinde nobis id pro catholica veritate habendum est, ut contraria sententia heretica censeatur hac regula apertissima est ex superioribus: cum enim Ecclesia in his errare non posset, nec concilium auctoritate Papae confirmatus, nec summus Romanus Pontifex judicialiter definitus plane consequitur id esse hereticum, quod hisce revertetur contrarium: exempla ad illustrandam hanc regulam satis abunde sunt in superioribus tradita.

Sit septima regula: Si Ecclesia Concluum, aut sedes Apostolica vel etiam sancti Patres, una voce & consensu aliquam theologia conclusionem conferunt, & fideli prescripserint; hac veritas catholica putanda est, & qui ei aduersabitur, hereticus considerandus est. Voco autem theologia conclusionem eam, qua principiis huius facultatis theologia certa & firma consecutione deducitur. Sit exemplum: sexta generalis synodus aetione 4. & actio 17. duas in Christo voluntates statuit item operationes duas, diuinam unam, humanam alteram, ex illo Matth. 26. Non sicut ego volo, sed sicut tu uis, tum ex eo quod Christus Deus est, & homo perfectus. Eodem quoque modo concilium Lugdunense sub Gregorio decimo, & refertur in c. fidei. de sum. Trinit. & fidei cathol. lib. 6. theologica ratione demonstravit, Spiritum sanctum ex Patre & Filio procedere, non tam quam ex duobus principiis, sed tanquam ex uno, nec duabus spirationibus, sed una tantum. Partitione Innocentius tertius in concilio Lateranensi c. 1. & refertur in cap. firmiter. extra de sum. Trini. & fidei cathol. syllogismo theologico conclusus aduersus Abbatem Ioachim, efficiam diuinam nec genitam esse, nec generare. Ergo quidquid ratione theologica ex principiis theologia bona consecutione collectum fuerit, eo modo quo dictum est, id pro catholica ueritate habendum est, & contrarium hereticum putandum est.

Sit iam tandem octava & ultima regula: quam Melchior Canus præcitato lib. 12. ca. 7. nimis forte

A sequam posuit, dicens: Si scolastici theologi aliqui itidem conclusionem firmam, & stabilem uno ore omnes statuerint, atque ut certum theologie decretum fidelibus amplectendum constater & perpetuo docuerint, illam ut catholicam uenientem fideles sane amplectantur. haec enim ille. exemplum est: Christi animam quam primum fuit creata & corpori infusa, Deum aperite vidisse docentes scholastici Doctores uno assensu; unde autem hoc sibi persuaserint, non est facile docere: contrarium ergo afferere hereticum putandum est. Hac est doctrinæ sententia, quam penitus approbare non audeo: neque enim satis aperite video, unde theologi scholastici tantam habent auctoritatem, ut communis eorum sententia ita statuat catholicas veritates, ut contraria assertions heresies sint censenda: nisi dicamus hanc concordem eorum & penitus consentientem sententiam in Spiritum sanctum esse referendam, qui coram eorum interius ad ita unanimiter sentiendum moeat, & forte nemini catholico videbitur absurdum.

Dicit hic forte quispiam, cur cum Eymero non adduxerim aliam regulam, qua videlicet catholicæ veritates dicuntur illæ, qua in articulis fidei continentur, quibus contraria assertions sunt heresies manifestæ, cum auctor in hac questione id recessat in primo loco quasi precipuum, ibi. Vt quia est contra aliquem fidei articulum? Sed est intelligat, nos regulas in his prescrivimus, quæ magis difficilia sunt: nam in clavis, & apertis nullum nostrum preceptum est. Quis enim catholicus non uidet apertissime, ipsos fidei articulos, qui sunt prima principia, & Christianæ religionis fundamenta, manifestissime præferre catholicae veritatis indicia, & contraria falsitates apertissimas heresies esse.

## Q V A S T I O. III.

D Error &amp; heresis sint ne idem in iure.

S V M M A R I V M.

- 1 Error latius patet, quam heresis.
- 2 Error in fide, & heresis pro eodem in iure sumuntur.

**E**rtia quæstio est: Heresies & error in iure si idem sunt.

1 Ad hanc respondemus, quod licet error sit in plus, quam heresies & heresis in minus: quia omnis heres est error, & non omnis error est heres: sicut omnis hereticus est errans, & non omnis errans est hereticus.

2 Tamen error ad ea quæ sunt fidei contradictiones & determinatus: ut pote error in fide, & heres sumuntur pro eodem in iure, ut patet de sum. Trini. & fidei cathol. in 6. c. Fidei. & eod. tit. in clem. c. Fidei. vbi errores sumuntur pro heresibus. Et est tit. de heret. in clem. c. Ad nostrum. vbi imponebat nouem errores, qui hereses claræ sunt. Et in extraaug. domini loan. xxii. quæ incipit, Vas electionis. vbi reprobat tres errores, qui sunt graves heresies, & manifestæ. Et ppter hoc patet cod.

Regula.